

www.e-rara.ch

**Specula physico-mathematico-historica notabilium ac mirabilium
sciendorum, in qua mundi mirabilis oeconomia ... nunc autem ad lucem
protractus, ac ad varias perfacili methodo acquirendas scientias in ...**

Zahn, Johannes

Norimbergae, 1696

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-15584>

[Privilegium Sacrae Caesareae Maiestatis.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

LEOPOLDUS Divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator semper Augustus ac Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Sclavonia &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae & Wirtembergae, Comes Tyrolis &c. Agnoscimus & notum facimus tenore presentium Universis, quod cum nobis Noster, & Sacri Imperii fidelis dilectus Joannes Christophorus Lochner Bibliopola Norimbergensis humillimè exposuerit, se Patris Zabn, Ordinis Praemonstratensis Canonici Regularis Speculam Physico-Mathematico-Historicam praelo committendam statuisse; vereri autem, ne, quod fieri soleat, alii etiam Bibliopola, & Typographi questus causâ, eandem Speculam Physico-Mathematico-Historicam fraudulentè, & magno dispendio suo imitentur, praelo committant, distrahant, atque venundent: Ideoque nos supplicè orârit, ut sibi Privilegio Nostro Caesareo, contra omnes ejusmodi fraudes, prospicere dignaremur; Nos submissè pariter & aequè petitioni huic annuendum censuerimus: Quapropter omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopægis, aliisque quibuscumq; librariam negotiationem exercentibus firmiter, seroque inbibemus, & vetamus, ne quis prædictam Speculam Physico-Mathematico-Historicam per sex annorum spacium à primâ editionis die computandum in Sacro Romano Imperio, Regnorumq; & Provinciarum Nostrarum hereditariarum finibus simili, aut alio typo, vel formâ, aut sub quo vis, vel additionis, correctionis, aliove prætextu, si vè in toto, si vè in parte recudere, vel aliò recudenda dare, vel distrahere, clam vel palam, citra voluntatem, & absq; ipsius Joannis Christophori Lochner ejusque successorum expresso & in scriptis obtento consensu & licentiâ præsumat: Siquis verò secus faciendo, Privilegium & interdictum hoc Nostrum Caesareum violare, aut transgredi ausus fuerit, eum non modò ejusmodi libris perperam quippè recufis & adductis (quos quidem prædictus Joannes Christophorus Lochner, ejusque hæredes, ubicumque deprehensos, si vè propriâ authoritate, si vè Magistratûs auxilio sibi vindicare poterunt) de facto privandum, sed & poenâ insuper decem marcarum auri puri Fisco Nostro Caesareo, & fraudis vindici ex æquo pendendam, omni spe veniæ sublatâ decernimus multandum; Dummodò tamen nihil bonis moribus, & Sacri Romani Imperii constitutionibus contrarium dicta Specula Physico-Mathematico-Historica uspiam contineat, sed universitatis cujusdam aut Superiorum suorum censuram, hujusque Privilegii Nostri Caesarei tenorem, pro publicâ notitiâ atque cautelâ in fronte expressâ exhibeat, & supradicta Specula Physico-Mathematico-Historica quinque Exemplaria ad consilium Nostrum Imperiale Aul. transmittantur. Mandamus proinde universis ac singulis Nostris & Sacri Imperii, Regnorumq; & Provinciarum Nostrarum hereditariarum Subditis cujuscumque status, gradûs, ordinis aut dignitatis existant, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, præsertim verò iis, qui in Magistratu constituti vel proprio, vel Superiorum suorum nomine & loco juris & justitiæ administrationem exercent, ne quenquam Privilegium hoc Nostrum Caesareum temerè & impunè transgredi, aut violare patiantur, quin potius contumaces, si quos compererint, præscriptâ poenâ pleâti, aliisq; modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipsi eandem multam evitare voluerint. Harum Testimonio literarum manu nostrâ subscriptarum, & Sigilli Nostri Caesarei appensione munitarum; quæ dabantur in Civitate Nostrâ Vienna die octavâ Octobris, Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo sexto, Regnorum Nostrorum Romani trigesimo nono, Hungarici quadragesimo secundo, Bohemici verò quadragesimo primo

LEOPOLDUS.

Vt. Sebastian Bunibaldt Erb. Graf zu Zeyhl.



Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis
proprium.

Franciscus Winandus de Bertrând.

